

*Ef. XIV, 3.*

Eveniet autem isto tempore, quo Jehovah Te quiescere faciet ab omni dolore tuo &c. Cum Propheta sub initium hujus capituli de domo Jacobi & Israelis sermonem suum instituisse tanquam absente, filium sermonis sui jam mutat, idque dirigit ad eos tanquam praesentes hoc & seqq. comm.

*Ef. XIV. v. 4. & coll. 8. 9.*

Quomodo desit exactor &c. Proverbium quod de Nebucadnezare aliisque regibus Babylo- nicis adhibere a Propheta jubentur Israelitae, agit de il- lis in tertia persona; mox *v. 8.* incipiunt sermonem suum ad eum dirigere tanquam praesentem in secunda persona *ברשיים שמחו לך מאז שכבר*. Abietes propter te laetabuntur, nunc occubuiisti. &c.

*Ef. XIV, 30.*

המתי ברעב שרשך ושאריתך יהרג. Inter- ficiam fame radicem tuam, patres tuos, & residuum tuum interficiet. Si attendimus ad subjectum loquens, illud est ipse Deus summus, qui excitaturus est ex semi- ne Achas defuncti alium quendam basiliscum, qui vin- dictam sumturus sit de Palaestina, Israelitis ob mortem regis insultante. De incolis hujus regionis dicit, se re- gem illorum interfectorum, quod indicat prima per- sona *המתי*, statim subjungit tertiam personam *יהרג* per- det &c. Quod vel ad Deum quoque potes trahere, ita tamen ut verba haec esse Prophetae statuamus: vel hac permutatione personarum in memoriam vult revo- ca-